

1765.

1. * Rekermannus : Rhapsodia questionum in foro
quod hinc obvenientiam, neque tamen legibus deci-
sarum. collect. 2. Progama, quo memoriam
Rekermannianam . . . indicant.
2. * Bornius : Rhapsodia questionum in foro quo-
tidie obvenientium, neque tamen legibus deci-
sarum. collectio VI. Progama, quo ordinarios
senior caeterique fac. iur. assessores memo-
riam Bornianam indicant.
3. * Silverstini : Rhapsodia questionum in foro
quod hinc obvenientium, neque tamen legi-
bus decisarum. coll. 3. Progama, quo . . .
hinc facultatum decani et religii assessores
memoriam Silversteinianam indicant.
4. * Apelius, Heinrichus Fridericus Innocentius : Pro-
gramma, quo suos reliquique doctores fac.
iur. Lips. immnos in fine honores . . . Hen-
rico Friderico Innocentio Apelis cattatos indicant.

1765

5. Apel, Henricus Fides Transcendens : Super lego-
latione Imperatoris Romanorum Augusti.
6. Bauerus, Henr. Gorpens : De alienatione gen-
dar feminae minoris.
7. Bauerus, Henr. Gorpens : Brevis commentatio
super lege, in ambiguis etc. 96 8. d. 2. j.
8. Breuning, Christianus Henr. : De labore ant
curatore filiifamiliis impuberis vel minoris
9. Breuning, Christianus Henr. : De iudice jurispru-
dentiale ignaro iusto auctor legitimus.
10. Breuning, Christianus Henr. : De sponsalibus durante
matrimonio contractis.
11. Breuning, Christianus Henr. : De causis cœdatis
jurisprudentiae post tempora Alexandri Severi.
12. Breuning, Christianus Henr. : De sposo domino
dotis & honesta solutae.



1765

13. Breuning, Christianus Hus: An quaeclla testam
enti inofficiosi lucum habet contra testem
mutum fratribus, in quo filias naturales
heres institutus.
14. Breuning, Christianus Hus: De furto rei lucrum
antea animae.
15. Breuning, Christianus Hus: De injuria per
verifikatum stata.
16. Heinrich, Gottfridus, Ord. plat. ex Heamus: De
eclipsi solis 1.1 April 1764 Tropine observata.
Programma, quo ad trigem orationem monitione
Heinrichae, Revolutione et syphoniae sacra
Item invitatio.
17. Horold, Christian Michael: De legatis nuptiarum
causa relicta.
18. Hommel, Carolus Ferdinandus: Rhapsodia
quaestionum in propositi obvenientiam, neque
bonum legibus Teisserae. Collectio 7. Programma, quo
volentia Doctoralia Comit' Augst' Saluzzani indicit.

1765.

19. Hommelius, Carolus Ferdinandus: Principis curas. 1765
leges.

20. Hommelius, Carolus Ferdinandus: Rhapsodia querel-
num in foro quæridie obvenitum neque tamen legi
decisarum. Collected IV.

21. Hommelius, Carolus Ferdinandus: De habeibilitate
testimoniis in causa civili.

22. Hommelius, Carolus Ferdinandus: An dominus feli-
xiam contra testimoniis perpetratam velile remittat?

23. Hommelius, Carolus Ferdinandus: Rhapsodia querel-
num in foro quæridie obvenitum neque tamen
legibus decisarum. Collected 5.

24. Mauring, Antonius Murius: Controversiae recentissimae
inter primitivam Romaneum et Complicans Genussem
super legato in Corinam nro his toria, oratione et hi-
storia premissa.

1765

1765

15

mag. Thesaurus, Christianus W. Schellus; fec. j. ur. praecant.

Carus: Remonstrans prolatae Specificationis cum
Sociis cambiali conjunctionem cambiorum multilat.
e, communis tract. Programma, quo salutaria
Doctoralia ... Joannis Friderici Vorghii in.


dicit.

g. Platnerus, Ioh. Gullib: Super dominii civitatis
in iuris taxonicis natura

Pattmannus, Iohannes Historicus Ernestus: De judicio
Curious. Programma, quo ad audiendum ora-
larem sollemnem invitatur.

g. Römer, Augustus Theorem: fec. j. ur. praecantella
res: Programma, quo summa in iure conq-
uis Tito Flaminio Hammelio indicit.

13



7

1765,7.

BREVIS COMMENTATIO
Super lege, in ambiguis etc. 96. D. d. R. I.

Q V A M
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS
C O N S E N S V
P R A E S I D E

D. HENR. GODOFREDO BAVERO

SVPR. CVR. PROVINCIAL. ET FACVLT. IVRID. LIPS.
ASSESS. TITVLOR. D. V. S. ET R. I. P. P. O. ET
COLLEG. MINOR. PRINCIPP. COLL.

D. XVI. NOVEMBR. A. C. MDCCCLXV.

P. 91
IN AVDITORIO ICTORVM
DISPVVTANDO DEFENDET
CHRISTIANVS EHREGOTT REPMANNVS
TAHNSDORF. MISN.

L I P S I A E
EX OFFICINA LANGENHEIMIA





I. N. D.

Explicatio l. In ambiguis 96. D. d. R. I.

§. I.

Et si plane non desint, qui ad propositam legem fuerint commentati, optimae notae interpretes, plurimi enim in expoundinge titulo, cui inserta est, diligenter, et merito quidem, quia fere integrum ius ciuile, et eius oeconomiam, succinctamque quasi continet repetitionem, versati sunt, non tamen omnino erit inutile, partim, quae dixerint alii, quaeque vera creuero, in memoriam reuocare, et pluribus, quantum fieri potest, argumentis fulcire, partim noua, quae ad rem pertinere videbuntur, addere. Et enim prout ea, quae ad interpretationem pertinent, insignis esse utilitatis, ipsa res loquitur, id in nostram regulam eo magis cadit, quo laxior eius patet ambitus.

§. II.

Non ad omnes locutiones et scripturas pertinet noster canon, *Lex nostra sed eas tantum, quibus quis declarat, quid in iis, quae a solo ipsius pendent arbitrio, fieri velit. Quum enim in contractibus* *ad conuentiones non pertinent.*



aliisque conuentionum figuris ex duorum consensu negotium fiat perfectum, indeque nascatur obligatio, quis non intelligit, harum naturam resistere, quominus, quid ab uno vel altero dictum, vel scriptura declaratum sit, ex huius sententia intelligi, et in alterius odium detorqueri possit, ex cuius tamen consenuit, ut obligatio coaluerit, petendum est, et qui aequae minus, rem suam iactare suamque conditionem deteriorem reddere voluisse, existimandus est. Ad conuentiones igitur illud *P A V L I* potius pertinet, quod in *l. 172. pr. D. d. R. I.* habetur; *in contrabenda venditione ambiguum pactum contra venditorem interpretandum est.* Neque putandum est, mentem ICti fuisse, hanc interpretandi regulam cogere ad solam venditionem, quod nec ratio quibuscumque contractibus communis, nec leges patiuntur. Quippe in *l. 39. D. d. Pact.* et *26. d. Reb. Dub.* idem de stipulatione et locatione legimus. Ut potius ex collatione horum iuris capitum, in primisque ex cit. *l. 39.* verb. *finali, in quorum potestate fuit, legem apertius conscribere,* intelligamus, sic de conuentionibus esse tenendum, obtinere significacionem creditor, siue ei, qui legem siue pactum adiecerit, maxime noxiā, quia penes ipsum steterit, sententiam suam apertius declarare. Atque adeo de cit. *l. 172.* statuere, ICtum venditionis mentionem fecisse exempli causa, regulam potius *PAPINIANVM* in cit. *l. 39.* suppeditare, ex qua idem in emtorem, conductorem, promissorem aliquosque cadit, si videlicet hi autores pacti conditio-
nis adiectae apparetant. Secundum id, quod vulgo dicitur, interpretationem non patrocinari iis, qui, quum clarius loqui potuerint, locuti non sint.

§. III.

Legum, sententiārum, libellorumque interpretatiōnē lex nostra complectitur. Quia vero nostrum magis est, dicere, quae sit sententia legis propositae, quam, in quibus exulet, causas enarrare, redeamus, unde paulo prolixius digressi sumus. Dixi eam respicere ad enumerationes eas, quae ex libero arbitrio dicentis scribentis proficiuntur, v. *IAC. GODOFR.* hic. Sic ambigua oratio a Llatore profi-

proficiscitur *I. fin. C. l. 19. D. d. LL.* quod etiam si leges taceant, quotidiana euincit experientia. Quod si appareat, quum Principes voluntas legem constituant, ab eoque propterea interpretatio petenda sit, *cit. I. fin.* quis dubitare fuscipiat, sententia Llatoris, etiam dura, spectanda sit, an minus. *I. 20. seq. D. d. LL.* indeque est, quod in cit. *I. 19. eod.* obuenit: *in ambigua legis voce eam potius accipiendam esse significationem, quam vitio careat; praesertim, cum etiam voluntas legis ex hoc colligi possit.* Eundem in modum dubia Iudicis sententia, dubius actoris libellus interpretationem auctoris sententiae consentaneam exigit, *I. 9. D. d. Praetor. stipulat.* *cit. I. 172. §. vn. D. d. R. I. l. 83. T. i. D. d. Verb. Obligatt.* ubi PAULVS differentiae inter auctorem et stipulantem rationem hanc reddit, rei subiectae vehementer accommodatam; *quia stipulatio ex utriusque consensu valet, iudicium autem etiam in iniuitum redditur.*

§. IV.

Sed licet haec verissima esse, licet, exempla mox proposita *In primis vero regulam nostram continere, ipsa rei natura doceat, in proponen-* ad ultimas voluntates re-
da tamen ea ICtum nostrum V O L V S I V M M A E C I A N V M testan- spicit.
tium in primis orationes cogitasse, ipsius legis rubrum nobis per-
suadet, quo ex libris fideicommissorum eam, sive, prout alii ma-
lunt, ex quaestionebus de fideicommissis depromtam esse, doce-
mur. In his igitur exponendis praecipuum esse dicit sententiae
testatoris rationem habendam. Partim, quia ex eius foliis liber-
rimo arbitrio subsistit, modo contra normam legibus praescriptam,
quum iuri publico derogari non debeat cautionibus priuatorum,
nihil actum sit, partim, prout suspicor, quia, planam vbiue et
apertam locutionem a moribundo exigere, iniquum videbatur,
partim, quia leges testamentis mirum in modum patrocinantur.
Scilicet reipublicae ipsi intelligitur expedire, vt supra hominum
iudicia exitum habeant iuxta PAVLI in I. 5. quemadmodum testam. aper.
iudicium, eandemque ob causam plenius, prout idem ICtus pro-



fitetur, voluntates testantium interpretari conuenit, id est, si verum intelligo, in exponentis ultimis voluntatibus, non propriae verborum, quibus expressae sint, significationi, qualem contractus explicationem desiderant, anxie inhaerendum, verum testatoris potissimum sententiam esse inuestigandam. Verbo. Idem PAVLVSVNICA VOCE plenius indigitat, quod noster pluribus aperiens declarat. Eandemque sententiam INNOCENTIVS III. non obscure in c. 6. X. d. Donati commendat.

§. V.

Quod pluribus argumentis confirmatur.

Egregie cum hac interpretandi ratione conspirat VLPIANVS in l. 3. §. 1. d. trit. vin. vel ol. legat. dum CELSI sententiam probat, qui, vino legato, etiamsi non sit legatum cum vase, vase quoque, respondit, legata videri, quia credibile sit, et si vase pars vini non sint, mentem testantis eam esse, ut voluerit accessioni esse vino amphoras. Quippe idem VLPIANVS in l. 1. §. 3. D. d. Peric. et comm. rei vend. vino vendito, vase simul deberi, negat. Sed quid fusius rei per se clarae et indubiae immoremur. Cuius veritatem fere singula de testamentis, legatis, fideicommissis, aliisque ultimarum voluntatum speciebus iuris capitula loquuntur. Annon fauor testantium legem Falcidiā, annon obligationē perfectam, restituendi hereditatem eiusue partem fiduciario impostam, annon SCta Trebellianum et Pegasiānum, eorumque confusionem pariter, atque dilatationem genuit, annon ipse heredis fauor, et iuris praesumtio, secundum quam nemo heredem suum, quem videlicet prae aliis dilexisse institutione ipsa declarauerit, grauare voluisse intelligitur, inde petenda sunt. En leges disertas, en integros iuris articulos, quae singula euincunt, quemadmodum in legibus, non minus in testamentis interpretandis hunc esse ynicum debere finem interpretis, officium hoc vnicum, ut eius sententiam spectet, qui orationem protulisset. Quaeque adeo hoc loco occurrunt iuris praesumtiones, eo redeunt omnes, ut media esse videantur, quibus facilius

facilius ultimum huncce finem obtineamus, et quae simul, atque huic aduersa apparuerint, euanescant.

§. VI.

Quae cum ita sint, non potui non mirari, quum viderim, *Et a dubitationibus vindicatur.* quod saepius praxis ista iuris praesumptione, qua testator non temere censendus est grauare voluisse heredem suum, quam probasse nobis videatur filiam esse insignis illius, qua testatores fruuntur, auctoritatis, hac igitur quod praxis ita saepius utatur, ut voluntatem testatoris subuertat, cumque suo quasi gladio iugulet. Dicunt nimis, nemini licere, iuris placita ignorare, indeque testatori incumberere, nosse praesumptionem, pro herede militantem, qua, si, nihil impediente, ambigua oratione vsus fuerit, sententiam eligi debere heredi maxime proficiam, praesertim, quia testator apertius loqui potuisset. Quis huius formulae rationem iuris rationi in praemissis expositae consentaneam putauerit. Quis deum, admissa ea, usus fuerit plenioris, sive, secundum Cuiacium ac Donellum, aequioris benigniorisue testamentorum interpretationis. Concedam, nulli ignorantiam iuris professi, nec testatori prosit. Id vero non intelligo, qua iuris specie testator, qui ambigua oratione usus fuerit, propterea inculpandus videatur, cum sciat, etiam tum ipsius sententiam iuris placita tueri, neque tam planam ab ipso, quam a contrahentibus, disiderare dicendi rationem.

§. VII.

Est igitur verissimum, interpretis ultimarum voluntatum pri-
mum hoc esse officium, vt, quae vera sit sententia testatoris, alio-
ue quocunque modo in mortis euentum quidquam iubentis pre-
cantisue inquirat, neque inter genera dispositionum, legata sint,
aut fideicomissa, aut id genus alia, distinguat. Quod enim prae-
cipue fideicommissis odium plerumque aduersatur, non inueni,
cui iuris praesidio insistat. Ambabus manibus largior, heredi fi-
duciario, cui magis, quam fideicommissario, fauere interpretatio
Exemplis de-
nique illustra-
tur.
debet,

VIII



96
debet, illi igitur, largior, onerosas, atque adeo odio, esse eiusmodi praefestationes. At enim uero maxime fauendum testatori sine dubio erit, a quo repetendus est semper heredis fauor. Quod probavi. Lex Falcidia proficia est heredi, neque tamen ipsius, verum testatoris ergo, ne ultimum ipsius decretum herede, et exitu destruatur, constituta. Hinc exultat, si diserte testator, ut exularet, iussit *In conditionibus primum locum voluntatem defuncti obtinere*, ait **VLPIANVS** in *l. 19. D. d. Condit. et Demonstr.* vt alia innumera taceam. Ipsum vero fideicommissorum odium, indeque petita restricta eorum intrepatio, non video quomodo defendi contra *l. 19. D. ad Sct. Trebell.* possit, vbi **PAVLVS** diserte, nec verba, inquit, *speculantur SCti, sed sententia quibusunque verbis: dum testator senserit, ut hereditas sua restituatur.* Deinde non intelligo, quo tandem modo cum illa restricta interpretandi ratione conciliari possit diuisio fideicommissorum in expressa, intellecta, sive utilia, atque tacita, quam late proponit, satisque confirmat **CLAVDIUS CHIFFLETIVS** in libris de *Substitutionibus vel successionibus*, alioque, *de iure fideicommissorum*, inscripto, quorum uterque in **EVERARD. OTTONIS Thesaur. Tom. V.** occurrit.

T A N T V M .





SB

F. f. L.

vol 18

BREVIS COMMENTATIO
Super lege, in ambiguis etc. 96. D. d. R. I.
Q V A M
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS
C O N S E N S V
P R A E S I D E
D. HENR. GODOFREDO BAVERO
SVPR. CVR. PROVINCIAL. ET FACVLT. IVRID. LIPS.
ASSESS. TITVLOR. D. V. S. ET R. I. P. P. O. ET
COLLEG. MINOR. PRINCIPP. COLL.
D. XVI. NOVEMBR. A. C. MDCCCLXV.
IN AVDITORIO ICTORVM
DISPVVTANDO DEFENDET
CHRISTIANVS EHREGOTT REPMANNVS

L I P S I A E
EX OFFICINA LANGENHEIMIA

